



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

3. Julij. 5. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

Quantum eo nocuerit tempore, praesens adhuc indicat desolatio & egestas.



3. Julij. 5. Nonas.

B. JOANNES, Archiepiscopus Upsalensis: qui insignes nobilis animi dotes sub disciplina claustrali inter Cistercienses monachos ad eam perfectionem excoluisti, quam Sueciae populi dignam fastigio summo judicarunt. Nec defuisse tibi parem dignitati animi, expertus est ipse Rex Canutus. Is enim cum contra jus fasque homicidium perpetrasset, a te liberè correptus, adeò non ausus est irasci; ut injunctam publicam delicti poenam ea submissione sustinuerit, qualem ab ultimo de plebe exegisses. Quin sanctis ac coelesti sapientia plenis consiliis tuis mutatus in alium, quot antè sceleribus fœdaverat, tot postmodum virtutibus decoravit regium diadema. His meritis tuis DEUS gloriosam martyrii coronam imposuit, dum impii Estonum piratae te in propriis aedibus, immaniter trucidarunt. *Muta & me in hominem alium. Fac me ex tepido ferventem,*

*Passus
anno
1188.*

*Liberè
regem
arguit,*

& emendat.

8 ANNI CISTERCIENS.

*ex pigro vigilans, ex vorace sobrius &c.
mutetur amor rerum terrenarum in des-
ideria sancta aeternorum.*

Floruit B. THOMA, Prior Boni Fontis in
circa Tharesca, magnorum vir meritorum:
annum qui alumnis tuis optimi instar fontis
1170. eras, è quo mutuam fraternæ charita-
tis affectum, in obsequio divino vigi-
lantiam, morum gravitatem, tum ad-
hortationibus, tum exemplo suaviter
incitati hauriebant. In qua tam lauda-
bili ac fructuosa exercitatione cum an-
nos complures transegisses, non im-
meritò post piissimum obitum publi-
ca fama te sanctitatis encomio exor-
navit. Scio, quàm gravis coram Deo red-
denda sit ratio illi, qui hoc merendi tempus
Merendi tem- aut per otium negligit, aut, quod deterius
pus nō est, ad demeritorum pondus augendum,
negli- peccatis impendit. Unde te obnixissimè ro-
gendū. go, ut mihi à Deo impetres illam efficaciter
excitantem ad virtutes gratiam, qua præ-
terita delicta aboleam, & caveam futura.

S. BERNARDUS, ser. 68. in Cant.

Quid Sufficit ad meritum, scire, quòd non
de me- sufficiant merita. Sed ut ad meritum
ritis sē- satis est, de meritis non presumere,
tiendū. sic carere meritis, satis ad iudicium
est.

4. Julij.